Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

ut nos famulos tuos non exurat flamma uiciorum. Per. Sec.
Sacrificiis presentibus quesumus domine placatus intende. ut et de-
uotioni nostre proficiant et saluti. Per. dominum. Complendum
Quesumus domine deus noster. ut sacrosancta mysteria que pro reparationis nostre
munimine contulisti. et presens nobis remedium esse facias.
et futurum. Per. dominum nostrum. Dominica proxima ante …
Excita domine potentiam tuam et ueni. et magna nobis
uirtute succurre. ut per auxilium gratie tue quod nostra
peccata prepediunt. indulgentia tue propiciationis acceleret.
Sacrificiis presentibus quesumus domine placatus intende. ut Sec.
et deuotioni nostre proficiant et saluti. Per. dominum nostrum. Compl.
Sumptis muneribus domine quesumus. ut cum frequentatione mysterii
crescat nostre salutis effectus. Per. Vigilia natiuitatis domini.
Deus qui nos redemptionis nostre annua expectatio-
ne letificas. presta ut unigenitum tuum quem redemp-
torem leti suscipimus. uenientem quoque iudicem securi uideamus.
Da nobis quesumus omnipotens deus. ut sicut adoranda filii tui Sec.
natalicia preuenimus. sic eius munera capiamus sempiterna gaudia.
Da nobis domine quesumus unigeniti tui recensita compl.
natiuitate respirare. cuius celesti mysterio pascimur et potamur.
Deus qui hanc sacratissimam noctem ueri Ad primam missam.
luminis fecisti illustratione clarescere. da quesumus ut cuius
lucis mysteria in terra cognouimus. eius quoque gaudiis in celo per-
fruamur. Per. dominum. Sec. Accepta tibi sit domine quesumus hodierne festiui